



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallelia Geographiae Veteris Et Novae

Parallelia Geographica Italiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Nvm. 14. Insulæ Regni Neapolitani.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13120

V L-	nastæ Briatici, in quo nihil deest ad voluptatem; hanc describit accuratè Leander.
T E-	ROSARVM: <i>Rosarno</i> , nomen accepisse videtur à Rosis, quibus eius ager consitus est.
R I O-	San-Georgium: <i>San-Georgio</i> .
R I S.	Polistena: <i>Polistena</i> , vrbeccula tenuis.
F L V-	SEMINARIA: <i>Seminara</i> , oppidum non infrequens Leandro, ad quam Galli Ferdinandum Aragonem deuicerunt, & tantum non ceperunt.
V II	Flumaria Mori <i>Fiumaria di Moro</i> , vnde fretum Siculum visitur, cui adiacet conuallis Moris arboribus plena, vnde oppido nomen inditum.
C A-	Fanum S. Agathæ: <i>Sant-Agatha</i> .
L A-	AMATIVS: <i>Amato</i> , latum flumen, & profundum supra reliqua huius tractus.
B R I A E	ANGITOLA: <i>Angitola</i> , circa quem ager Treuius <i>Treui</i> dictus, vbi vinum, & saccarum nobile crescit.
V L-	MEDVNNA, seu Metremus: <i>Mesuna</i> , qui excipit Metremum <i>Metremo</i> , ideoque in ostio seruat utrumque nomen.
T E-	METAVRVM: <i>Metauro</i> , & <i>Marro</i> , in recentibus tabulis.
R I O-	NO Cenus: <i>Cenis</i> .
R I S.	TUCCIO: <i>Tuccia</i> .
BO-	ALEX: <i>Alece</i> , de quo in Vetere.
T R E-	TACINV: <i>Tacina</i> , olim Tergines.
	Allius: <i>Alli</i> , olim Simirus.
	CORAX: <i>Corace</i> .
	ALARUS: <i>Alaro</i> , olim Eleporus.
	SAGRA: <i>Sagriano</i> , de quo in superiori libro egimus.
	N V M. 14. <i>Insule Regni Neapolitani.</i>
	TREMETVM: <i>Tremiti</i> , olim Tremerum Taciti, vbi vrbeccula egregiè munita cum praesidio. Canonicorum est S. Ioan. Lateranensis,
	Parall. Geogr. Tom. II. IIIii

M I-	qui h̄ic degunt Canonici diliguntur ab omnibus ut summæ humanitatis & φιλοξενίας.
T A-	Ætate nostra terræ motu fædè vastata est.
R E A-	San-Domini: San-Domino, turre tantum à Pistratis, & Turcis defensa.
3. præ- cipue, omni- no quin- que.	Capraria: <i>Caprara</i> , parum aut nihil culta. Reliquæ duæ scopuli sunt potius quām Insulae: de nominibus non conuenit inter Ortelium, Maginum, & alios Geographos. Leader tradit equos præstantissimos alere has Insulas. In has relegatus Paulus Diaconus à Carolo Magno.
L E S	

P O N T I A -	PONTIA: <i>Ponza</i> , in quâ Speluncæ Pilati dictæ unde nautæ aquas hauriunt: iacet è regione Terracinae.
I N S V -	PALMARIA: <i>Palmarola</i> , ad Occidentem Pontiæ decem millibus, à continente 25. diffusa.
L Æ	SINONA: <i>Sanone</i> .
O C C I D E N T	PANDATARIA: <i>S. Maria</i> .
B E N T I T I A N A	BENTITIANA: <i>Ventiane</i> , aliter Bitonto, & Bitente.
D O L I V M	DOLIVM: vulgò <i>la Botta</i> , quia in modum dolij efformata est.
A V S -	ÆNARIA: <i>Ischia</i> , viginti millium ambitus, vbi vrbs cognominis munitissima cum castello inexpugnabilis nam gradibus in rupe excisis ad id concenditur, aditus tam angustus vt à duobus militibus seruari queat; munitum est ab Alphonso I. Rege Neapol. Terra motibus, & eruptionibus igniuomis obnoxia est, vt dicemus in Admirandis. Fontem unicum habet Abaceto in monte. Abundat aquibus maximè Phasianis, anaticulis, & minutis volucribus exquisitissimi saporis, vulgò <i>des Ortolans</i> .
T R A -	
L E S	PROCHYTA: <i>Procida</i> , seu <i>Procta</i> , cum vrbe cognomine sat munitâ, in cuius Ecclesiâ seruatur corpus S. Margaritæ. Ex eâ quoque ignes existunt. Balnea habet ad effringendos calculos idoneas: ab Ischiâ reuulsa est olim & quodammodo effusa; nunc ab eâ pars est separata qua aliam Insulam efficit, vulgò <i>Isola di Viara</i> .
R E -	
G N I	

NEA-
POLI-
T A-
N I.

NESIS, vel Nessis : *Nisita*, aliter *Nisari*, quæ celebratur
Asparagis suis: portum habet, & arcem quam exca-
tauit Dux Amalphitanus; sita est in fini Puteolano.
CAPREÆ: *Capri*, octo millium ambitus cum civitate cog-
nomine, cuius Episcopus Capitanus dicitur: eius
reditus ex Coturnicibus desumitur, quæ hinc bis in
anno incredibili copiâ capiuntur, seu dum fugiunt
hyemem, seu dum ver exquirunt. Hinc quoque olei
plurimum & serici euellit.
GALLO, & SANPIETRO, olim *Siremse*, quinque milli-
bus à Capreis, uno à continente milliaro distat, seu
puli verius quam Insulæ.

CAPUT VIII.

De Sicilia, & Insulis et adjacentibus.

§. 1. *Historica recentis Siciliæ.*

NVM. 1. *Nomen Siciliæ.*

NOMEN antiquum nihil immutatum est, immo Siciliæ no-
men in vniuersum Regnum Neapolitanum propagatum est,
quod dictum Siciliæ Regnum cis Pharum, cum Sicilia ipsa dicta
sit Regnum Siciliæ trans Pharum. Non inferior tamen has appella-
tiones plerumque mutatas esse, & Siciliam Regnum Siciliæ cis
Pharum, Regnum Neapolitanum Regnum Siciliæ trans Pharum
nuncupatum esse, prout a scriptoribus Siculis, aut Neapolitanis,
hæc vox usurpata est. PHARVS porro turris est obiecta Messanæ,
quæ excitata est, ubi quondam Carybdis erat vortex, nunc Faro
à quâ & Promontorium vicinum nomen habet, olim Pelorum,
nunc Cabodi Faro.

Partes eius Insulæ vallum nomina habent, & duo quidem
difficultate carent NETO & MAZARA; dicuntur enim ab urbi-
bus, ut nemo nescit; tertia autem DEMONA, vel DEMINI no-
minatur Latinè *Nemorensis*, quare aliquando & dicitur *Valli di*
Nemori; videlicet inquit Fazellus lib. decimo prioris Decadis cap.
1. vox hæc Demini significat *Nemus*, & huic opinioni ipse subscri-

IIIiij ij